Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

De quinque vulneribus xpi

Omnipotens sempiterne deus qui humanum genus in filii tui domini nostri
ihu xpi quinque vulneribus redemisti. presta supplicibus tuis. ut
qui eadem vulnera veneramur. per preciosum eius sanguinem morte
subitanea et eterna evadere valeamus. Per eundem. Secreta. Omnipotens
sempiterne deus. tu hanc hostiam ymmolamus in honore quinque vulnerum
filii tui domini nostri ihu xpi suppliciter deprecantes. ut quos preciosso
sanguine eiusdem filii tui redemisti. hos a morte subitanea dignius
et a perpetua liberare. Per. Conplenda. Sumptis muneribus sacramentis omnipotens
deus in honore quinque vulnerum filii tui domini nostri ihu xpi misericordiam
tuam humiliter imploramus. ut quos precioso sanguine eiusdem filii tui
redemisti. dignius a morte subitanea et perpetua custodire. Per eundem.

De proprio angelo

Deus qui tua providentia humano generi singulorum
spirituum presidia subministrat. concede propitius. ut angelum meum
custodie deputatum ita valeam venerari. ut eius semper merear
protectione defendi. Per. Secreta. Omnipotens sempiterne deus qui sevitiam ma-
lorum spirituum ne tantum noceant quantum valeant. piorum spirituum custodia
refrenasti. per huius sacrificii oblationem concede benignius. ut angeli
mei suffultus presidio corporis et anime periculum non incurram. Per. Complenda.
Domine ihu xpe qui pietate tua humane infirmitati angelorum
custodia subvenisti. per sacrosancta misteria que sumpsi. presta propitius.
ut angelus meus ab omnibus me semper malignis incursibus tueatur. Per.

De virginibus specialibus

appo[sita] hac doro

Deus qui castissimis virginibus tuis. Kathrine et margarete martirii palmam. et beatissime marie
magdalene continuum veniam concessisti. presta quesumus. ut earum interventibus mitius et celestibus gratiis
decorari. et a peccatorum nostrorum vinculis meream absolvi. Per. Secreta. Gratum sit tibi domine munus
oblatum. et ut puritatibus sacramentis digne possim ministrare. sacre virgines tue. Kathrina. Margareta
et beatissima maria magdalena. salutarem mihi obtineant cordis compunctionem. Per eundem. Complenda.

appo bar doro